

257

Nam & in ipso nro. est adoptiuus filius & uerus filius;  
 Adoptiuum filium non dicimus filium esse natura. sed  
 eum dicimus natura esse. qui uerus est filius; Ergo & na-  
 tura & substantia esse diuina. probauimus lectione;  
 Unitate quoque non pluralitate diuine esse nature.  
 apostolica auctoritas demonstraui; Nunc illi asse-  
 rant. ubi ingenitum patrem legerint; Sed si dialectico  
 more concedi sibi id postulant. ut quod lectum non sit.  
 plecto usurpent. perdunt se contentiois studia de-  
 ferre. non cognitionem querere veritatis; Namque in  
 ipsa dialectica. si non concedatur. quod concedi sibi  
 postulant. qui aditum contentiois inuenire sibi de-  
 siderant. principium inuenire non queunt disputan-  
 di; Et hoc ubi contentio est. magis de disputatione est  
 argutus. quam de examine veritatis; Hec enim di-  
 alecticorum gloria. si uideantur expugnare uerbis.  
 & refellere ueritatem; Contra definitio fidei est. ut  
 ueritas non uerba pandantur; Denique uerba  
 philosophorum. excludit simplex ueritas piscatorum.  
 Que igitur ista assertio est. ubi si non do. nauero  
 ei uerbum ingenti. assertiois principium inuenire

In & n. In faer  
 monis multas  
 faciunt ad so-  
 phistica. na-  
 tura. & de  
 stipulas. ut in  
 uisus. & n. luff.  
 ingent & n. gnt.

M